IOSEPHUS FLAVIUS

Zwettl 4. Viertel 12. Jh. Seite 122r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31636
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



congregare: obsidesq; iudeorum recipere quos bac
chides in arce hierosolimorum concluserat.
Talibus ergo ad demetrium ionathas ad se nunciis
uenientibus ierosolimam peruenit. & epistolas regis
audiente populo uel arcis custodibus hilaris
intimauit. Quibus relictis transfuge uel impii
trepidauerunt. precipiente rege quatenus io
nathas exercitum & congregaret & obsides
reciperet. Quos cum accepisset suis unumquemque
parentibus reddidit. Preterquidem ionathas in ie
rosolimis mansionem faciebat. renouans ci
uitatem suaque uoluntate singula construens
& edificans muros ciuitatis lapidibus quadra
tis. ut forent aduersus hostes munitissimi.
Que custodes uidentes muniminum uideam
relinquentes. omnes in antiochiam fugerunt.
preter illos qui in bethsura ciuitate & in arce
ierosolimorum erant. quorum plurima pars im
piorum & transfugarum fuit iudeorum.
Qua propter castra non reliquerunt.

Cognos ceus autem alexander promissiones
quas demetrius fecerat ionathe & fortitudi
nem eius. & quanta disposuerat bellans contra
macedones. & iterum qualia ipse pertulerat ade
metrio & bacchide duce demetrii. & melius
nichil inuenire quam ionathe presidium ad a
micos dicebat in presenti tempore: Ionathas
qui & contra hostes fortis existit. & odium
habet proprium in demetrium. a quo multa mala
perpessus est. Igitur si uidetur eum amicum facere contra
demetrium nec debemus. non alias utilius est roga
re eum ad auxilium conferendum. Cumque ei
& amicis placuisset transmittit ad ionathan
scribens talem epistolam. Rex alexander ionathe
fratri salutem. Fortitudinem quidem & fidem tuam
iam dudum audiuimus. & ideo transmisimus.
ad te pro auxiliis. & ordinamus te hodie princi
pem sacerdotum iudeorum & amicum nostrum uocari
precipimus. Idcirco etiam destinaui tibi pro mune
re purpuream stolam & auream coronam &
peto honoratum te a nobis similem erga nos
fieri. Suscipiens epistolam ionathas. induitur
quidem sacerdotali stola celebratione tabernacu
lorum instante: post quartum annum mortis
iude fratris sui. nam neque per ipsum tempus prin
ceps sacerdotum aliquis constitutus est.

Collegit uero & multum exercitum & armorum
copiam quam ipse construxerat. Quod factum
ut peruenit ad demetrium nimis eum multumque
contristauit. suamque cepit accusare tarditatem.
quod non ante alexandrum esset ipse clemens
erga ionathan. Verumtamen nec sic distulit.
scribere ad ionathan & ad populum eius. cuius
exemplar taliter existebat. Rex demetrius
ionathe gentique iudeorum salutem. Quoniam nostram ser
uastis amiciciam. temptantibusque uos inimicis
non consensistis. hanc uestram quidem laudo fidem.
& in his uos permanere quesumus. recipientes
a nobis uicem uel gratiam per quam mereamini uecti
galium uestrorum releuationem. & quicquid pro decesso
ribus meis regibus uel mihi actenus prebebatis. omnia
noueritis nostra uobis largitate concessa. Super
hec precium etiam salis uobis & coronarum quas
nobis offerebatis. uel quod pro tercia parte frugum
& meditate fructus lignorum quod parti mee com
petebat. uobis ab hodierno die remitto. Sed
& censum singulorum habitantium in iudea quod
nostro erario proficiebat. necnon & trium finitimarum
uobis prouinciarum samarie. uel galilee. & transior
danem uniuersa uobis concedo. a nunc per omnia tem
pora ciuitatemque ierosolimorum sacram. & inuiolabi
lem priuilegia sua possidere liberamque cum finibus
suis a decima parte uectigalium esse precipio. Arcem
autem committo sacerdoti uestro ionathe. ut quos ipse
probauerit fideles amicos custodes in ea deputet
nobis seruandam captiuosque iudeorum & seruientes
apud nos liberos eos esse concedo. nec post hanc sanc
tionem iudeorum iumenta uiolentiis angariorum
subiaceant. Sabbatum autem uel omnes dies festos &
tres ante eos dies sine uectigalibus esse denuncio.
eodem modo iudeos nostram terram habitantes liberos
ac sine lesione dimitto. licentiamque mihi militare
uolentibus usque ad triginta milia prestamus. eadem
quibus & mens utitur exercitus. ubicumque ierint accep
turi. Ordinabo uero quosdam eorum in castris. quosdam
mei custodes corporis. & duces in aula mea
constituam. precipio uero meis uestris uti legibus easque
custodire. & tribus propositis in iudea legibus
obedire principemque sacerdotum diligentiam habere
uolo. nequis iudeorum aliud templum in ierosolimi
tarum ueneretur. Prebeo etiam ad sumptus immolati
onum per singulos annos centum quinquaginta milia